Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31636
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

tes susceperunt audaciam superbiam. & contemptum rerum
humanarum & diuinarum. & tum percipue pietatem iu
sticiamq; spernent & in omnibus quæ agunt aut cogi
tant sibimet arrogauerint tanquam non uideat ds
eos aut certe potestatem eorum non habeat pessimis era
santur in actibus; & quod aut audire metuunt aut
odio habent respuunt quæ autem rationabiliter
diligunt hec rata firma. uera. & omnibus placita
simul & dono credunt De futuris autem rebus nullus eis
fit sermo. scilicet eos qui puleritudinem multas laborum miseri
as exhonorantes & eos habentes odio simul in uidia
his conflant deducentesque eos ad medium non solum
adeptos honores eis auferunt sed pecuniam etiam
uita eos priuare nituntur punituntque non propter opa
digna supplicio. sed derogationibus & accusationibus
nequiciarum examinatis extinguunt non quod oportet
hec patiatur. sed in quibus iniuste nituntur ulcisci. Hoc
igitur nobis saul filius eis qui prius pillum ducem rem pub
licam regebat insistit. manifestum esse monstrauit & oc
cidens trecentos sacerdotes propter suspitionem
quam habuit in abimelech. dei ciens eorum etiam cum
tatem & studens quodam dum sacerdotibus propitiis
priuare dum tamen simul occideret & neque patriam
eorum manere permitteret ut pillos potuisset oberi
ri. Abiathar" itaque abymelech filius qui solus fuerat
de sacerdotibus a saul interfectis erepto fugiens ad
dauid eripuit a suorum omnium & patris interitum de
clarauit Qui autem non se hec eis ignorasse futura. sed
uidens doech suspicatum fuisse quod sacerdotem regi
declararet seq; dolebat quasi huius calamitatis au
ctorem & poscebat ut cum eo de cetero commaneret
tamquam qui in alio loco latere non posset Cosiquidem
tempe audiens dauid palestinos ceilanorum puncti
am deuastare consuluit dum per propham si eum pugna
re percipet Quo dicente quod diuinitas victoriam p
misisset cum socius palestinorum hostes inuasit mul
tamque eorum cedem effudit & predam tulit Cumque apud
ceilanos esset donec areas suas fructusque sine
timore colligeret regi saul nuntiatum est quod apud
eos habitaret Opus enim illud & magnum effectus a
pud quos gestum est celari non potuit sed fama citam ad
extraneorum aures aduenit & apud regem usque delata est.
Cauisque est saul cum audisset dauid in ceila
commorari dicens. dum illum eius manibus tradidisse
quando coactus sit ire in ciuitatem murum & portas
& seras habentem iussitque omnem populum ut ad ceilam
unanimiter conuenirent & obsidentes eam capientesque
dauid interimerent Hec sentiens dauid & agnos
cens a deo quod eum forent saul traditurum ciuitatem. su
mens. cccc. qui cum eo erant de ciuitate. profectus est in
desertum ziph. Et rex quidem cum audisset eum fugisse
de ceila. ab eius persecutione cessabat Dauid autem exsur
gens. inde uenit in quendam locum ziph qui uocatur
noua. ubi ionathas filius saul uenens ad eum & os
culatus securum eum dixit. & spem bonam habere futu
rorum. nec presentibus rebus eum deficere. debere quoque
gaudium fore & habitum subsidium hebreorum omnium
potestatem quod gaudia eorum quecumque magnis la
boribus euenirent Et rursus iusiurandum celebratum
inter alterutros pdeuotione uinculo dei & fidei. & dum
uocans testem ionathas maledixit sibi si transcen
deret existimum. & in contraria mutaret Et ionathas
dauid ibidem relinquens. paululum a more & sol
licitudine releuatum. ad saul ipse reuersus est.
At ziphei uolentes prestare saul indicauerunt ei
apud se commorari dauid. pmiserunt ut si uenire
illum ei traderent Quem scilicet dum angustia hi
phenorum apprehendisset non posset uiteri alibi deuia
re. Quos laudauit rex & gratias egit indicantibus in
imicum. eisque pollicitus est non tardasse eorum compensare
deuotionem misitque quatenus quereret dauid. & desertum
omne perscrutarentur dicens eum se continuo secutu
rum. Et illi quidem qui directi fuerant pinuestigan
do & capiendo dauid precedebant regem studentes
fauore suo non solum nuntiantes inimicum. sed etiam
manifestatum in regia potestatem tradere. Hi tam
iniusta & malignissima uoluntate frustrati sunt quia
cum nichil mali sustinere potuisset si non hunc idi
casset sed propter blanditiam regia. uirum religiosum &
ad mortem iniuste questum. & quia latere poterat pdi
dere. & ase eum tradere pmiserit Cognoscens autem da
uid malicia hiphenorum & regis inuasionem angu
stias quidem illi loci dereliquit fugit autem ad petram ma
ximam in deserto maon existentem. Cumque saul eum ibi
persequeretur cognouit iniuriam dauid abillis an
gustiis discessisse quasi ad aliam petre partem Et cum
saul ex alia parte consisteret ut eum pene iam cape
potuisset audiens autem saul palestinos hebreorum
regionem ualde uastare. a dauid persecutione dis
cessit & contra eos qui naturaliter hostes erant dimi
candum magis & necessarium iudicauit quam ini
micum propium persequendo. uastationem suae terre des-